

Handwritten notes on the right edge of the page, including numbers and symbols:

15
1.
2.
3
1.
0



1589.

1. Garcaeus, Ioachimus : Aristotelis physicorum liber V.,
de partibus motus, ut vocantur, subjectivis, ad disputan-
dum propositus

1592.

- Setzerus, Hieremias : De locutione. conductione et
emphyteysi

1593.

1. Garcaeus, Ioachimus : De optima philosophandi ratione
prop. I.
2. Schedius, Vancil : De sponsalibus et matrimonii's.
3. Setzerus, Hieremias : Disputationes II, in quibus
materia sponsaliorum et nuptiarum . . . examinata
est.

1594.

- Proberus, Elias : De rerum divisione. Defect.

1595.

Rythnerus, Andreas: De patria potestate, ejusque causis
constituentibus, nuptiis videlicet, legitimatore,
adoptione . . . ex J. 9, 10, 11 et 12 libri I Inst. Imper. con-
cordantibusque T. Canonici et Civilis J. T.

1596

Boepras, Georgius Henricus: De pignoratibus et hypothecis
Centuria

1598.

Pelargus, Christophorus: Oratio ipso die exequiarum solen-
nium Dn. ~~Electo~~ Johannis Georgii Marchionis Brandenburg-
ensis . . . recitata.

1601.

1. Habenas et Woldenbergk, Henricus, a: ^{verborum et} De ~~furtis, vi~~
~~bonorum raptorum, et lege Aquilia~~ literarum obligatio-
nibus deq. fidjussoribus.

2. Habenas et Woldenbergk, Henricus, a: De furtis, vi bono-
rum raptorum et lege Aquilia.

3. Steudius, Christophorus: De modo visionis.

1604.

Willenberger, Bartholomaeus: Sylloge Disputationum
ad universum jus feudale accommodatarum

1611.

Polenius, Matthias: De duobus reis constituentis

1613.

Coppenius, Johannes: De tutela et cura.

1617.

1. Polenius, Matthias: Ad l. domum S. C. VI R. V.

1619.

Herderianus, Cyriacus: De sumptibus vel expensis

heredum

1624.

Walckovius, Wilhelmus: De furto et rapina

1622.

1. Goldschmidt, ^{civis} Matthaeus: De servitutibus tam in genere,
tam de realibus et personalibus in specie.

2. Goldschmidt, ^{civis} Matthaeus: De interd^{ictis}.

3. Herdesianus, Cyriacus: De alimentis.

4. Majus, Johannes: De Temperantia

1625.

1. Grunovius, Simon: De veritate et falsitate

2. Milagius, Martinus: Utilissima expensarum
tam extrajudicialium quam judicialium materia
IV. Disputationibus exhibita.

XXXI 1589 A

ARISTOTE
LIS PHYSICORVM LI-
ber quintus, de partibus motus, vt vocan-
tur, subiectiuus, ad disputan-
dum propositus

à
M. Ioachimo Garcæo.

RESPONDENTE

*Michaële Pratorio Creutzburgensi Cal. Maij.
Anni huius 1589. Francofurticis
Viadrum.*



Typis exscripsit Andreas Eichhorn.

Excellentissimo viro, summis ingenij & doctrinae laudibus, rerumque plurimarum vlu præpollenti,
D. Francisco Hildesheimo Hippolyti Filio, Iatricæ Doctori eximio, in aula Illustriss. Electoris & Marchionum Brandenburgensium medicinam facienti
non infeliciter, Domino affini & promotori suo colendo.

S*Si in tam insana hominum ambitione, vir præstantiss. tot calumniatoribus in deterius recta torquentibus à publico prorsus recedendum, cum non desint quibus cum solus absque voce & scripto agere et conferre possim, nec, ut leonum animaliumque impetus, mens nostra caueis coërceatur, & in seductu latendum esse iubet Seneca, ea tamen lege, ut ita delitescas, ut ubicunque ocium tuum absconderis, prodesse velis singulis & vniuersis ingenio, voce, consilio: satius tamen esse multo, si in quotidianis congressibus de rebus necessarijs differendo & rationibus ultrò citroque allatis, illud enim in hisce exercitijs liberum, certando veritatem indagemus, quam si ianua ac parietibus nos regamus, & luce hominum careamus, alta mente præditi homines censuerunt. Nam si omnem conuersationem tollimus, toti generi humano renunciamus, viuimusque in nos tantum conuersi, sequitur hanc solitudinem omnistudio carentem inopia rerum agendarum. Optimum enim censuit Anthenodorus actione rerum & Reipub. tractatione & officijs ciuilibus, referente Seneca, detineri. Nam ut quidam sole aut exercitatione & cura corporis educuntur, athleticque; utilissimum est lacertos suos roburque; cui se venditauerunt maiore temporis parte nutrire: ita nobis animum ad rerum grauiorum administrationem parantibus in opere esse non longe pulcherrimum esset. Accedit his, quod talentum nobis creditum sit, repetendum.*

tendum cum usura, si inuenti fuerimus ad opus impigri: ad fructum referendum fideles, pro labore nostro mercedem accipiemus: si quo minus, tolletur à nobis talentum: & nihilominus exigetur lucrum, & vocabimur serui nequam & pigri, quæ D. Bernhardi in Canticis est deuota meditatio. Nihil igitur eorum, quæ è re meorum videntur esse auditorum duco prætermittendum, idem olim in Theologicis, iuuante Domino, si atas & iudicium accesserit maturius conaturus. Nunc verò temporis concham exhibere me debeo, non canalem. Hic siquidem penè simul recipit & refundit, illa verò expectat donec impleatur, & sic quod superabundat sine suo damno communicat. Liberalia verò hæc exercitia in Gallijs, Italia & Germania tua Excell. vnice excoluisse & mirum in modum vrssisse non me fugit. Nobiles enim sunt hæc exercitationes, vt ut præmia labori huic difficilimo pessima hucusq; responderint. Pergendum nihilominus in cursu incepto iudicauimus, ne ijs quorum finem aut facere aut sperare non potuimus manum admouisse videremur. Meæ hæc erga V. Excell. benevolentia testimonium arctiore nos vinculo connectet, & animos nostros iunget nodo plusquam Herculeo, quo contra aduersariorum tela muniamur. Valete.

V. Exc. studiosiss.

M. Ioachimus Garcaus ad finis.

De partibus motus subiectiuis ex 5.
Phyf. Arist.

T H E M A 1.

Relatiuè consideratur motus dupliciter, primò respectu partium, deinde respectu mouentium & mobilium, nouissimè, comparatione ad se inuicem.

2.

Partes motus in duplici sunt discrimine, sunt enim aliæ subiectiuæ, aliæ quantitatiuæ, hoc est, diuiditur motus vel ratione subiecti in certas species, vel ratione continui, quod est quantitatis, in suas partes integrales.

3.

De his verò non commodè poterat agere, nisi prius de infinito, de loco ac de tempore pertractasset Philosophus, ac propterea nullam nunc interruptio tractationis de motu quæ in his libris cernimus difficultatem nobis faciet.

4.

Cum enim ratio ordinandi sumatur semper à nostra meliore vel faciliore cognitione, illa semper sunt anteposenda, quorum cognitio vel necessaria vel utilis sit ad reliqua cognoscenda, cum in artibus tradendis posteriora per priora, non contraherentur explicari debeant, vt 8 Phys. 1. ab Aristot. & 2 de temp. c. 1. à Galeno docetur.

5.

L. 5. c. 1. Motus igitur secundum subiectum alius est per se, alius per accidens, hic in textu & 8 Phys. 4.

6.

Per accidens talia sunt, quæ alijs inhærent, aut tota sunt partium. καὶ ἐν τῷ, talia sunt, quæ alijs non inhærent, nec respectum habent partium.

7.

Et horum alia ex seipsis mouentur ab interno principio, alia ab alijs, quæ extrinsecus impelluntur.

Vtraq;

8.
Vtraq; hæc rursus aut φύσιν mouentur, aut βία καὶ ἀνάγκη
φύσιν.

9.
Sunt autem quinq; in omni motu consideranda, mouens,
mobile, tempus, terminus à quo, & ad quem.

10.
Non plura cum motus in forma non sit, nec in loco, & di-
stinguitur secundum terminum ad quem, non autem secun-
dum terminum à quo.

11.
Per accidens motus, est in omnibus, per se, in contrarijs,
cuius quidem posterioris sex vulgò constituuntur species: ge-
neratio, corruptio, augmentatio, diminutio, alteratio & motus
localis.

12.
Tot enim sunt motus species, quot sunt rerum genera, se-
cundum quæ corpora in natura moueri possunt, 3. Phys. 1.

13.
Et quia corpora naturalia mouentur aut secundum sub-
stantiam, aut secundum quantitatem, aut qualitatem, aut lo-
cum, in his etiam categorijs motus collocatur.

14.
Cumq; in substantia & quantitate mutatio sit ad simplicem
vnam contrarietatem, cuius vterq; terminus suum peculiare
habet nomen, fiunt vniuersæ motus species sex, 11. Meta. 2. &
in categorijs & hîc in textu.

15.
Sed in alijs locis vbi exquisitius ea de re disputatur, vt 5.
Phys. 1 & 2. 7 Phys. 2. 4 de cœlo 3. tum generatio & corruptio
excluduntur, quia vno termino positiuo careant, vnde perfectè
non moueantur, secundum generationem & corruptionem,
tum in tribus duntaxat prædicamentis motus agnoscitur, in C. 2.
quantitate, qualitate & vbi.

16.
A 3. In sub-

In substantia verò motum propriè non vult Aristoteles, sed mutationem, atq; tam accuratè inter hæc duo vocabula distinguit, quibus alioquin sine discrimine vtitur, ita tamen $\epsilon\tau\mu\epsilon\tau\alpha\epsilon\omicron\lambda\eta\varsigma$ vocabulum generale magis sit, quàm alterum.

17.

C. 3. Vocabulis porrò septem in doctrina motus vrimur, simul, separatim, contingens, medium, consequens, deinceps, continuum.

18.

Simul sunt, quæcunq; in vno loco primo sunt, separatim, quæ in diuerso, contingens, quorum extrema sunt simul, medium, in quod extremum primò mutatur, continua, quorum extrema sunt vnum, deinceps $\omega\mu\mu\eta\delta\epsilon\rho\mu\epsilon\tau\alpha\epsilon\chi\upsilon\sigma\upsilon\gamma\gamma\epsilon\nu\epsilon\varsigma$, quando inter id quod primum est siue $\delta\epsilon\sigma\alpha$, siue $\phi\upsilon\sigma\alpha$, & inter id quod secundum vel consequens nihil eiusdem generis intercedit, nec tamen se mutuò attingunt, $\epsilon\chi\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$ siue coherentia dicuntur, quæ cum deinceps essent posita, mutuo contactu iam copulantur.

19.

Differt $\tau\omicron\epsilon\chi\omicron\mu\epsilon\nu\omicron$ ab $\acute{\alpha}\pi\tau\omicron\mu\epsilon\nu\omicron$, quod hoc de corporibus, illud de alijs quoq; rebus dicatur, ordo itaq; horum talis.

20.

Quæ χωρῖς sunt, copulari & in vnum si iungi debent, primum $\epsilon\phi\epsilon\chi\eta\varsigma$ sunt aut $\mu\epsilon\tau\alpha\epsilon\chi\upsilon$, postea $\acute{\alpha}\mu\alpha$, tum $\acute{\alpha}\pi\tau\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$ καὶ $\epsilon\chi\omicron\mu\epsilon\nu\alpha$, tandem $\sigma\omega\epsilon\chi\eta$.

21.

C. 4. Vnus verò motus genere non est: perfectè vnus, specie potius censetur vnus, sed is vnus tantum dicitur motus, qui est vnus subiecti & continui, deinde is qui æqualis est.

22.

Perfectus genere est motus localis, perfectus specie circularis, perfectus simpliciter qui æqualis continuus primus.

23.

C. 5. Contrarij motus sunt maximè illi, qui vtrumq; terminum contrarium habent à quo & ad quem.

24.

C. 6. Illa verò tantum quies est motui contraria, quæ in eodem genere,

genere, quæq; eiusdem subiecti non finis.

25.

Est verò quies motui contraria non ἀπλῶς, vt motus motui est contrarius, sed σεπτικῶς sicut habitus & priuatio opponuntur, cum quies sit σέκησις τῆς κινήσεως, & quidem in eadem specie oppositio illa consideratur, vel, vt Aristoteles loquitur, ἢ ποῖα τῆ ποῖα ἐστὶν ἐναντία, talis motus tali est oppositus, vt quies secundum locum opponitur motui secundum locum, & simili modo de cæteris.

26.

Disertè autem inquit Aristoteles quietem esse eius quod sua natura moueri potest, vt inter ἡρεμίας & ἀδυναμίας discernat,

27.

Quibus enim vis à natura hoc aut alio modo mouendi indita non est, ea nec quiescere à motu rectè dicuntur, vt cum saxum in terra iacens semen aut fructum ex se non edit, illa quies κατὰ γένεσιν non est, sed ἀδυναμία, quoniam saxum eam vim non habet vt fructum gignat, quiescit verò à motu secundum locum, tanquam graue corpus in subiecto altero corpore innixum.

28.

Cæterum quietem quæ motui opponitur non solum in eadem specie motus esse oportet, sed etiam in termino à quo eodem, quiescit enim res vel in termino à quo priusquam moueri incipiat, vt granum priusquam germinet: vel in termino ad quem, postquam per motum adeptæ est suam formam vel terminum, vt quando spica cum granis est producta & absoluta, donec nouus motus corruptionis vel ἀλλοιώσεως succedat.

29.

Quies ergo in termino à quo contraria est motui in eadem specie, vt quies grani ante germinationem productionis culmi & spicæ motui opponitur, & quies sub albo opponitur motui ab albo in nigrum: sunt enim hæ quietes veræ priuationes formæ culmi & coloris nigri.

Sed.

30.

Sed quies in termino ad quem est status in forma iam acquisita, qui status motui propriè non est contrarius, cum ad formam eam acquirendam motus antea contenderit.

31.

Deinde non solum motui contraria est quies, sed etiam ipsæ quietes inter se contrariæ dicuntur, quæ sub contrarijs sunt terminis à quibus.

32.

Cessationes oppositas generationi & corruptioni Aristoteles non ἡρεμία sed ἀμεταβλησία nominat, propterea quod generatio & corruptio non motus sint, sed μεταβολαί, ut supra docuimus.

F I N I S.



ULB Halle
003 254 984




3

Sb.

WDA







XXXI 1589 A

ARISTOTE
LIS PHYSICORVM LI-
ber quintus, de partibus motus, vt vocan-
tur, subiectiuus, ad disputan-
dum propositus

à
M. Ioachimo Garcæo.

RESPONDENTE
*Michaële Pratorio Creutzburgensi Cal. Maij.
Anni huius 1589. Francofurticis
Viadrum.*



Typis exscripsit Andreas Eichhorn.